

¹	Priekšvārds Mārtiņa Lutera ‘Opera Latina’ Vitenbergas izdevuma 1.sējumam.
Martinus Luther	Mārtiņš Luters
pio lectori s[alute]	dievbijīgam lasītājam sveiciens.
Multum diuque restiti illis, qui meos libros seu verius confusiones mearum lucubrationum voluerunt editas, tum quod nolui antiquorum labores meis novitatibus obrui et lectorem a legendis illis impediri, tum quod nunc Dei gratia exstent methodici libri quam plurimi, inter quos Loci communes Philippi excellunt, quibus theologus et episcopus pulchre et abunde formari potest, ut sit potens in sermone doctrinae pietatis, praesertim cum ipsa sacra biblia nunc in omni prope lingua haberi possint, mei autem libri, ut ferebat, imo cogebat rerum gerendarum nullus ordo, ita etiam ipsi sint quoddam rude et indigestum chaos, quod nunc nec mihi ipsi sit facile digerere.	Ilgi un dikti es esmu pretojies tiem, kas ir gribējuši izdot manas grāmatas vai, patiesāk, manus lampiņas gaismā tapušos satraukumus, laikā kad negribu apkraut senču darbus ar maniem jauninājumiem un lasītāju iztraucēt no to lasīšanas, laikā kad tagad, paldies Dievam, metodisko grāmatu ir tik cik uziet, starp kužām izceļas Filipa [Melanhtona] <i>Loci comunes</i> , kužas var veidot teologu un bīskapu brīnišķi un pārpilnībā, ka tas taptu spējīgs dievbijīgas mācības sludināšanā, sevišķi kad pati svētā biblija tagad ir pieejama gandrīz katrā valodā, turpretī manas grāmatas, kā tās radās, vairāk spieda darīto lietu nepakļaušanās kādai kārtībai, tad arī tās ir kā kāds rupjš un bezveidīgs haoss, ko ne man pašam būtu viegli sakārtot.
His rationibus adductus cupiebam omnes libros meos perpetua oblivione sepultos, ut melioribus esset locus. Verum improbitas et importuna pertinacia aliorum, qui mihi quotidie aures implebant, futurum esse, si ego vivus non permitterem edi, tamen post mortem meam essent certissime edituri ii, qui prorsus nescirent causas et tempora rerum gestarum, et ita ex una confusione fierent plurimae, vicit (inquam) eorum improbitas, ut edi permitterem. Accessit simul voluntas et imperium illustrissimi Principis nostri Johannis Friderici Electoris etc. qui iussit, imo coegit typographos non solum excudere, sed et maturare editionem.	Šo domu vadīts es biju kārojies, kaut visas manas grāmatas būtu apraktas pilnīgā aizmirstībā, lai atbrīvotos vieta labākām. Bet citu palaidnība un uzmācīga ietiepība, kas man ik dienas piepildīja ausis, ka gadījumā ja es, dzīvs būdams, neatļaušu tās izdot, tad tomēr pēc manas nāves droši izdevēji būs tie, kuži patiešām nezinās darīto lietu cēloņus un laikus, un tā no viena sajukuma radīsies daudzi. Uzvarēja, es saku, viņu palaidnība, ka es atļāvu izdot. Nāca klāt arī mūsu ievērojamā valdnieka Johanna Friderika Elektora etc, kušs pavēlēja, patiesi, spieda tipografus ne tikai ķerties pie darba, bet paātrināt izdošanu.

¹ © Dainis Zeps, tulkojums latviešu valodā

<p>Sed ante omnia oro pium lectorem, et oro propter ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, ut ista legat cum iudicio, imo cum multa miseratione. Et sciat, me fuisse aliquando monachum, et papistam insanissimum, cum istam causam aggressus sum, ita ebrium, imo submersum in dogmatibus papae, ut paratissimus fuerim, omnes, si potuissem, occidere, aut occidentibus cooperari et consentire, qui papae vel una syllaba obedientiam detractarent. Tantus eram Saulus, ut sunt adhuc multi. Non eram ita glacies et frigus ipsum in defendendo papatu, sicut Eccius et sui similes, qui mihi verius propter suum ventrem papam defendere videbantur, quam quod serio rem agerent, imo ridere mihi papam adhuc hodie videntur, velut Epicuraei. Ego serio rem agebam, ut qui diem extremum horribiliter timui, et tamen salvus fieri ex intimis medullis cupiebam.</p>	<p>Bet visupirms es lūdzu dievbijīgo lasītāju, un lūdzu paša mūsu Kunga Jēzus Kristus dēļ, lai visu to lasītu ar kritisku līdzspriešanu, patiesi, ar lielu līdzjūtību. Un lai viņš zina, ka esmu kādreiz bijis mūks un visneprātīgākais pāvesta piekritējs / pāvestnieks, kad šo lietu iesāku. Tik piedzēries biju, patiesi, iemērķts pāvesta dogmās, ka būtu bijis gatavs nogalināt, ja vien varētu, visus, vai līdzdarboties vai pievienoties visu to slepkavām, kas nepaklausītu kaut vienai pāvesta zilbei. Tik liels Sauls biju, kādu tagad ir daudz. Tik ledains un auksts es nebiju pāvesta aizstāvībā, kāds bija Ekijs un viņam līdzīgi, kuŗi, kā man šķiet patiesāk, aizstāvēja pāvestu sava vēdera dēļ, nevis lietu darīja nopietni. Man pat šķiet, ka viņi, kā epikūrieši, vienkārši smejas par pāvestu. Es lietu darīju nopietni kā tāds, kas pēdējo dienu briesmīgi bīstas, bet tomēr kāroja būt pestīts no sirds dziļumiem.</p>
<p>Ita invenies in istis meis scriptis prioribus, quam multa et magna humillime concesserim papae, quae posteribus et istis temporibus pro summa blasphemia et abominatione habeo et execror. Dabis ergo hunc errorem, pie lector, vel (ut ipsi columniantur) antilogiam temporis et imperitiae meae. Solus primo eram, et certe ad tantas res tractandas ineptissimus et indoctissimus, casu enim, non volente nec studio in has turbas incidi, Deum ipsum testor.</p>	<p>Tā tu atradīsi šajos manos pirmajos rakstos, cik daudz es pazemīgi piekāpos pāvestam, ko vēlāk un tagad šajos laikos uzskatu par augstāko zaimošanu un negantību un nolādu. Tad nu attiecini, dievbijīgo lasītāj, šo kļūdu vai (kā ļaunprātīgi tieku kritizēts) pretrunu uz laiku un manu pieredzes trūkumu. Viens biju iesākumā, un protams tādu lielu lietu veikšanā pavisam negatavs un nemācīts, jo apstākļu sagadīšanās dēļ, pašam negribot un necenšoties, iekūlos šajā mutulī, lai Dievs man liecinieks.</p>
<p>Igitur cum anno MDXVII. indulgentiae in his regionibus venderentur (promulgarentur volui dicere) turpissimo quaestu, ego tum eram concionator, iuvenis (ut dicitur) Doctor Theologiae, et coepi dissuadere populis, et eos dehortari, ne indulgentiariorum clamoribus aurem praeberent, habere eos meliora quae facerent, et in iis certos mihi videbar, me habiturum patronum papam, cuius fiducia tunc fortiter nitebar, qui in suis decretis</p>	<p>Tātad kad 1517. gadā visbezkaunīgākās iedzīvošanās kārē šajos apvidos sāka pārdot (es gribētu teikt - tika izsludinātas) indulgences, es biju sprediķotājs, jauns (kā saka) teoloģijas doktors un iesāku pārliecināt ļaudis un atrunāt, lai tie nevērš savas ausis uz indulgenču tirgotāju kliegzieni, ka viņiem ir labākas lietas, kas darāmas, un šajā lietā man šķita, ka pāvests ir mans aizstāvis, uz kuŗa uzticamību es tolaik droši balstījos, kuŗš</p>

<p>clarissime damnat quaesorum (ita vocat indulgentiaros praedicatores) immodestiam.</p>	<p>savos ediktos pavisam skaidri nosoda iedzīvošanās kāres bezkaunību (tā par indulgenču tirgotājiem saka sprediķotāji).</p>
<p>Mox scripsi epistulas duas, alterum ad Moguntinensem archiepiscopum Albertum, qui dimidium pecuniae ex indulgentiis habebat, alterum dimidium papa, id quod tunc nesciebam, alteram ad ordinarium (ut vocant) loci, episcopum Brandenburgensem Hieronymum, rogans, ut compescerent quaestorum impudentiam et blasphemiam, sed pauperculus frater commenebatur. Ego contemptus edidi Disputationis scedulam simul et germanicam concionem de indulgentiis, paulo post etiam Resolutiones, in quibus pro honore papae hoc agebam, ut indulgentiae non damnarent quidem, sed bona opera caritatis illis praeferrentur.</p>	<p>Drīz pēc tam es uzrakstīju divas vēstules vienu Albrehtam, Maincas arhibīskapam, kuŗš saņēma pusi no indulgenču ienākumiem un otru pusi pāvests, ko es tobrīd nezināju, un otru vietas ordinārijam (kā viņi sauc) Hieronīmam Branderburgas bīskapam lūgdams, lai tie nomierinātu iekasētāju bezkaunību un Dieva zaimošanu, bet nabaga mazais brālis tika noniecināts noniecināts. Noniecināts es izdevu Tēzes un reizē sprediķi vācu valodā par indulgencēm, nedaudz vēlāk arī Rezolūcijas, kuŗās pāvesta goda dēļ piesaucu, lai indulgences nenodarītu kādam ļaunumu, bet gan priekšroka tiktu dota labiem darbiem.</p>
<p>Hoc erat coelum deturbasse et mundum incendio consumpsisse. Accusor apud papam, mittitur citatio mei ad Urbem, et consurgit totus papatus in me unicum. Haec aguntur anno MDXVIII. sub comitiis Maximiliani Augustae celebratis, in quibus agebat legatum a latere pontificis Cardinalis Caietanus, quem Dux illustrissimus Saxoniae Fridericus, Elector princeps, causa mea adiit, et impetravit, ne Romam cogeret ire, sed ipse me vocato rem cognosceret et componeret. Mox soluta sunt comitia.</p>	<p>Tas nozīmēja debesīm tikt samutuļotām un zemei tikt aprītai ugunī. Mani apsūdzēja pāvests, es saņēmu izsaukumu uz Pilsētu, un visa pāvestība sacēlās pret mani vienu. Tas viss notika 1518 gadā, kad Maksimilians celebrēja / prezidēja saietu Augsburgā, kuŗā sūtniecību no pāvesta puses vadīja kardināls Kajetāns, kuŗam manis dēļ piegāja vadonis patiesi ievērojamais Saksonijas Fridrihs, Elektors Valdnieks un izlūdza, lai mani nespiestu iet uz Romu, bet ka viņš pats mani izsauks un izpētīs lietu un nokārtos. Drīz saiets izklīda.</p>
<p>Interim, quia fessi erant Germani omnes ferendis expilationibus, nundinationibus et infinitis imposturis Romanensium nebulonum, suspensis animis exspectabant eventum tantae rei, quam nullus antea neque epsicopus neque theologus ausus esset attingere. Et fovebat me utqunque aura ista popularis, quod invisae iam essent omnibus artes Romanationes, quibus totum orbem impleverant et fatigaverant.</p>	<p>Pa tam vācieši, noguruši no visām romiešu vējgrābšļu laupīšanām, spekulācijām un krāpšanas, ar aizturētu elpu gaidīja šīs lietas iznākumu, kuŗai neviens no bīskapiem ne arī teologiem nebija iedrošinājies iepriekš pieskarties. Man pat bija labvēlīga šī popularitātes gaisotne, jo visiem jau sen bija kļuvusi nicināma šī romanizēšana, ar ko visa pasaule tika piepildīta un nogurdināta.</p>

<p>Veni igitur pedester et pauper Augustam, stipulatus sumptibus et literis Principis Friderici ad senatum et quosdam bonos viros commendatiis. Triduo eram ibi, antequam accederem Cardinalem, prohibebant enim viri illi optimi et dissuadebant summis viribus, ne citra salvum conductum Caesaris Cardinalem adirem, licet ille me singulis diebus per quendam oratorem vocaret. Erat hic mihi satis molestus, ut tantum revocarem, tum essent omnia salva. <u>Sed longa est iniuria, longae ambages.</u></p>	<p>Tā es aizgāju uz Augsbu basām kājām un nabags Valdnieka Fridriha apgādāts ar pārtiku un vēstulēm uz senātu un pie kādiem ieteiktiem augstiem vīriem. Es tur sabiju trīs dienas, iekams tiku pie kardināla, jo paši augstākie vīri neļāva un visiem spēkiem centās pārliecināt, lai neeju pie kardināla bez drošas ķeizara ziņas / teikšanas / atbalsta, lai gan viņš mani dienu no dienas aicināja ar kāda oratora starpniecību. Tas bija pret mani pietiekami mokošs, - lai tikai atsaucot, tad visas lietas nokārtosies. Bet cik ilga ir netaisnība, tik garš ir apkārtceļš.</p>
<p>Tandem tertio die venit expostulans, cur non accederem Cardinalem, qui benignissime me expectaret? Respondi, mihi obtemperandum esse consiliis optimorum virorum, quibus essem a Principe Friderico commendatus, esse autem eorum consilium, ne ullo modo absque tutela Caesaris seu fide publica Cardinalem accederem, ut impetrata (agebant autem illi apud senatum caesareum, ut impetrarent) mox essem accessurus. Hic commotus ille: Quid? (inquit) putas Principem Fridericum propter te arma sumpturum? Dixi: Hoc nollem prorsus. Et ubi manebis? Respondi: Sub coelo. Tum ille: Si tu papam et cardinales in potestate tua haberes, quid esses facturus? Omnem, inquam, reverentiam et honorem exhibiturus. Tum ille, gestu Italico movens digitum, dixit: Hem. Et sic abiit, neque reversus est.</p>	<p>Beidzot trešajā dienā viņš atnāca prasīdams, kāpēc es nenākot pie kardināla, kas mani visnotaļ laipni gaidot. Es atbildēju, ka man jākavējas pēc visaugstāko vīru ieteikuma, kuriem esmu ieteikts no valdnieka Friderika, bet viņu ieteikums esot, lai nekādā veidā neejot pie kardināla bez ķeizara aizsardzības vai droša atbalsta. Ja to būtu saņēmis (bet viņi to centās dabūt ķeizariskajā senātā), es nāktu nekavējoties. Tad viņš sadusmojies jautāja: Ko tu domā, ka valdnieks Fridrihs sūtīs tevis dēļ kašpēku? Es sacīju: To pavisam es negribu. Un kur tu paliksi? Es atbildēju: Zem debess. Tad šis: Ja pāvests un kardināli būtu tavā varā, ko tu darītu? Es sacīju: Parādītu viņiem visu pagodinājumu un godu. Tad viņš, pirkstu itāliešu gaumē pakratījis, sacīja: Hmm. Tā viņš aizgāja un neatgriezās.</p>
<p>Eo die denunciavit senatus caesareus Cardinali, mihi esse datam Caesaris tutelam seu fidem publicam, admonens, ne quid asperius in me designaret. Hic fertur respondisse: Bene est, ego tamen faciam, quod mei officii fuerit. Haec fuere principia istius turbae, cetera ex actis infra cognosci poterunt.</p>	<p>Tajā dienā ķeizariskais senāts pasludināja kardinālam, ka man ir dota ķeizara aizbildniecība un rīcības brīvība, piekordināds, lai pret mani netiktu iesākts nekas asāks. Saka, ka viņš atbildējis: Labi ir, es tomēr darīšu, kas ir mans pienākums. Šie ir galvenie šī sajukuma notikumi, pārējo var uzzināt no vēlāk nākošiem ziņojumiem.</p>
<p>Eodem anno iam M. Philippus Melanchton</p>	<p>Jau tajā pašā gadā M. Filips Melanhtons</p>

<p>a Principe Friderico vocatus huc fuerat ad docendas literas graecas, haud dubie, ut haberem socium laboris in theologia. Nam quid operatus sit Dominus per hoc organum non in literis tantum, sed in theologia, satis testantur eius opera, etiamsi irascatur satan et omnes squamae eius.</p>	<p>tika ataicināts šeit, lai mācītu grieķu rakstus, bez šaubām, lai man būtu darba biedrs teoloģijā. Jo to, ko Kungs padarīja caur šo darbarīku ne tikai rakstu zinībās, bet arī teoloģijā, pietiekamas liecības dod viņa paša darbi, lai arī sātans trako un visi viņa mūdži.</p>
<p>Anno sequente XIX. decessit in Februario Maximilianus, et factus est iure imperii vicarius Dux Fridericus. Tum desiit paululum saevire tempestas, et sensim obrepsit contemptus excommunicationis seu fulminis papistici. Nam cum Eccius et Carraciolus ex Urbe attulissent Bullam damnatricem Lutheri eamque insinuassent ille hic, iste illic Duci Friderico, qui Coloniae tum erat Carolum recens electum cum aliis principibus suscepturus, indignissime tulit et magna fortitudine et constantia obiurgabat pontificum illum nebulonem, quod se absente perturbassent ipse et Eccius ditiones fratris Johannis et suam, et exagitabat eos magnifice, ita ut cum rubore et dedecore ab eo discederent. Intellexit Princeps ingenio incredibili praeditus artes Romanae curiae, et eos digne tractare novit, erat enim emunctissimae naris, et plus et longius olfaciebat, quam Romanenses aut sperare aut timere poterant.</p>	<p>Nākošajā gadā, 19-ajā, februārī Maksimiliāns nomira un pēc impērijas likuma valdnieka aizvietotājs tapa Hercogs Frideriks. Tad vētras trakošana nedaudz pierima un pakāpeniski pieņēmas pāvestnieku naids un zibeņošana uz ekskomunikāciju. Jo kad Ekijs un Karakioli no Pilsētas atveda Bullu, kas notiesāja pazudināšanai Luteru, un to izsludināja viens šeit un viens pie Hercoga Friderika, kurš tobrīd bija Kolonjā, lai ar pārējiem valdniekiem satiktu Kārli, kurš nupat bija izvēlēts par valdnieku, tad viņš bija ļoti sadusmots. Viņš drosmīgi un pamatīgi norāja to pāvesta vējagrābsli, jo viņa prombūtnes laikā viņš ar Ekiju bija izjaukuši viņa un brāļa Jāņa domīniju. Viņš satricināja tos tik vareni, tā ka sasārtuši un apkaunoti bija no viņa aizgājuši. Valdnieks ar neiedomājami lielu vērīgumu saprata Romas kūrijas darbošanās stilu un zināja ar tiem pienācīgi apieties, jo viņam bija ļoti jūtīga nāss, un viņš daudz labāk un tālāk saoda, kā romieši varēja cerēt vai bailoties.</p>
<p>Itaque deinceps ab eo tentando abstinebant. Nam et Rosam, quam vocant auream, eodem anno ei a Leone X missam, nullo honore dignatus est, imo pro ridiculo habuit, ita desperare coacti sunt Romanistae a studiis fallendi tanti Principis. Et procedebat feliciter evangelium sub umbra istius Principis et late propagabatur, movebat eius autoritas plurimos, qui, cum esset sapientissimus et oculatissimus Princeps, non poterat nisi apud invidios suspicionem incurrere, quod haeresim aut haeticos vellet alere et tueri, quae res papatui magnum intulit detrimentum.</p>	<p>Un tā visbeidzot tie atstājās no viņa, to pārbaudīdami. Jo arī Rozei, ko viņi sauc par zelta un ko viņam atsūtīja Leons X tajā pašā gadā, viņš neizrādīja nekādu godu, tikai pasmējies, ka savos izmisītajos centienos piekrāpt tādu Valdnieku romieši tik tālu ir novesti. Un evaņģēlijs sekmīgi un neierobežoti izplatījās šī Valdnieka paspārnē, viņa autoritāte ietekmēja daudzus. Esot ļoti gudrs un vērīgs Valdnieks, par viņu nevarēja rasties aizdomas - ja nu vienīgi skauģu-, ka viņš gribētu barot vai uzturēt herēzi vai herētiķus, kas pāvestnieku lietai savukārt nodarīja lielu skādi.</p>

<p>Eodem anno habita est Disputatio Lipsiae, ad quam Eccius nos duos, Carlstadium et me, provocavit, sed ego nullis literis potui impetrare fidem a Duce Georgio, ita ut non disputator, sed spectator futurus, sub fide Carlstadio data Lipsiam ingrederer. Quis autem me impedierit, ignoro, nam adhuc erat Dux Georgius mihi non iniquus, quod sciebam certo.</p>	<p>Tajā pašā gadā Lipcīgā tika turēts disputs, uz kuŗu Ekijš aicināja mūs abus, mani un Karlstadu. Bet es ne ar kādām vēstulēm nevarēju izprasīt no hercoga Georga pilnvaru, tā ka es Leipcīgā nonācu nevis kā diskusijas dalībnieks, bet kā skatītājs zem Karlstada pilnvaras. Bet kas mani kavēja, to es nezinu, jo līdz tam hercogs Georgs nebija bijis pret mani nelabvēlīgs, ko zinu droši.</p>
<p>Hic Eccius me accessit in hospitio dicens, sese audisse me detrectare disputationem. Respondi: Quomodo disputare potero, cum nequeam impetrare fidem a Duce Georgio? Ille: Si tecum, inquit, non licet disputare, neque cum Carlstadio volo, propter te enim huc veni. Quid si ego tibi fidem impetravero? Nunquid disputabis mecum? Impetra (inquam) et fiat. Abiit ille, et mox data est mihi quoque fides publica et facta copia disputandi.</p>	<p>Šis Ekijš ienāca pie manis manā istabā un sacīja dzirdējis esam, ka esmu atteicies no diskusijas. Es atbildēju: Kā es varu piedalīties diskusijā, ja nevaru izprasīt pilnvaru no hercoga Georga? Šis saka: Ja nav ļauts runāt ar tevi, nedz arī ar Karlstadu gribu, jo tevis dēļ esmu nācis. Kā būtu, ja es tev pilnvaru izprasītu? Vai nepiedalīsies ar mani diskusijā? Izprasi, saku, un lai notiek. Viņš aizgāja, un drīz man tika dota pilnvara un iespēja piedalīties diskusijā.</p>
<p>Faciebat hoc Eccius, quia certam sibi gloriam propositam cernebat, propter propositionem meam, in qua negabam papam esse iure divino caput ecclesiae. Hic patuit ei campus magnus, et occasio summa plausibiliter adulandi, et gratiam pontificis emerendi, tum odio et invidia me obruendi. Quod strenue fecit per totam disputationem, nec tamen sua firmavit, nec mea confutavit, ita ut ipse dux Georgius inter prandendum ad Eccium et me diceret: Sive iure humano sive divino papa, ipse est papa. Quod verbum, nisi argumentis fuisset motus, nequaquam dixisset, sed Eccium solum probasset.</p>	<p>To Ekijš darīja drošā savas slavas priekšnojautā mana apgalvojuma dēļ, jo es noliedzu, ka pāvests ir Baznīcas galva pēc dievišķā likuma. Viņam šeit pavērās plašs lauks un lieliska iespēja, lai glaimīgi izpelnītos atzinību un pateicību no pāvesta, bet mani apraktu ar naidu un nicinājumu. To viņš neatlaidīgi centās panākt visas diskusijas gaitā, bet rezultātā ne savu viņš pierādīja, ne manu viņš apgāza, tā ka pats hercogs Georgs pusdienu laikā sacīja Ekijam un man: Pēc cilvēcīgām vai dievišķām tiesībām pāvests, bet viņš ir pāvests. Šādus vārdus viņš nebūtu izteicies, ja vien nebūtu diskusijas argumentu ietekmēts. Viņš būtu tikai piebalsojis Ekijam.</p>
<p>Atque hic vide vel in meo casu, quam difficile sit eluctari et emergere ex erroribus, totius orbis exemplo firmatis, et longa consuetudine velut in naturam mutatis. Quam verum est proverbium: Difficile est consueta relinquere, et: Consuetudo est altera natura, et quam vere dicit Augustinus: Consuetudo, si ei non</p>	<p>Un tā arī šeit manā gadījumā tu redzi, cik grūti ir izlauzties un uznirt no maldiem, kas ir nostiprināti ar visas pasaules piemēru un ilgā ieradumā pārtapuši par it kā dabai piederošiem. Cik patiens ir sakāmvārds: grūti ir mainīt ieradumus, un: ieradums ir otra daba, un cik patiesi saka Augustīns: Paradums, ja tam nepretojas, top par</p>

<p>resistitur, fit necessitas. Ego, qui iam tunc sacras literas diligentissime privatim et publice legeram et docueram per septem annos, ita ut memoriter paene omnia tenerem, deinde primitias cognitionis et fidei Christi hauseram, scilicet, non operibus, sed fide Christi nos iustos et salvos fieri, denique id, de quo loquor, papam non esse iure divino caput ecclesiae, iam defendebam publice, tamen id quod consequens erat non vidi, scilicet papam necessario esse ex diabolo. Quod enim ex Deo non est, necesse est ex diabolo esse.</p>	<p>nepieciešamību. Es, kas jau tad svētos rakstus ļoti centīgi gan privāti studēju gan lasīju publiski septiņu gadu garumā, tā ka gandrīz jau visus zināju no galvas, beidzot es uzņēmu sevī Kristus domu un ticības pamatu, proti, ka ne ar darbiem, bet ticībā Kristum mēs topam taisnoti un pestīti. Tālāk to, par ko es runāju, ka pāvests nav baznīcas galva pēc dievišķa likuma, es jau aizstāvēju publiski, bet es vēl neredzēju to, kas no tā izrietēja, proti, ka pāvests ir no velna. Jo kas nav no Dieva, nav citādi kā no velna.</p>
<p>Sic absorptus eram (ut dixi) tum exemplo et titulo sanctae ecclesiae, tum consuetudine propria, ut papae concederem ius humanam, quod tamen, si non sit fultum autoritate divina, mendacium et diabolicum est. Nam parentibus et magistratibus paremus, non quia ipsi praecipiant, sed quia sic est voluntas Dei, 1.Pet. 3. Hinc est, quod minus iniquo animo ferre possum eos, qui pertinacius in papatu haerent, praesertim qui sacra vel etiam prophana non legerunt, cum ego tot annis sacra legens diligentissime tamen ita haesi tenaciter.</p>	<p>Es biju tik ļoti uzsūcis svētās baznīcas ārējo izskatu, kā jau to stāstīju, kā arī biju sava ieraduma varā, ka pāvestam pieļāvu cilvēciskas tiesības, kas tomēr ir meli un velnišķība, ja tas nav balstīts dievišķā autoritātē. Jo mēs pakļaujamies tēviem un pārvaldniekiem / maģistrātiem ne tāpēc, ka viņi pavēl, bet ka tāda ir Dieva griba, 1.Pet.2:13. Šī iemesla dēļ es aizvien mazāk varu paciest tos, kas stūrgalvīgi turas pie pāvesta, galvenokārt kas paši nelasa svētos rakstus vai pat pasaulīgos, kad es tik ilgus gadus lasīdams svētos rakstus tiem esmu pieķēries tik sīksti.</p>
<p>Anno MDXIX. misit Rosam Leo X. (ut dixi) per Carolum Miltitium, qui multis egit mecum, ut papae reconciliarer. Is habuit 70 Brevia apostolica, ut, si Princeps Fridericus illi me traderet, sicut papa per Rosam quaerebat, per singula oppida affigeret unum, et ita tutus me perduceret Romam. Probat autem coram me consilium cordis sui, dicens: O Martine, ego credebam te esse senem aliquem theologum, qui post fornacem sedens ita secum disputasset, nunc video te esse adhuc integrum aetate et validum. Si haberem 25 milia armatorum, non confiderem te posse a me Romam perduci, exploravi enim per totum iter animos hominum, quid de te sentirent, ecce, ubi unum pro papa stare inveni, tres pro te contra papam stabant. Illud vero ridiculum erat: exploraverat etiam</p>	<p>1519. gadā, kā jau teicu, Leo X atsūtīja Rozi caur Kārli Milticu, kas mani neatlaidīgi mudināja, lai es izlīgstot ar pāvestu. Viņam līdzī bija 70 apustuliskas vēstules, ka, ja Valdnieks Fridrihs mani viņam atdotu, kā caur Rozi [pielabinādamies] pāvests prasīja, viņš katrā pilsētā vienu piestiprinātu un mani droši aizvestu uz Romu. Bet manā priekšā viņš savu sirds nodomu atklāja, sacīdams: Ak Martiņ, es domāju, ka tu esi kā kāds vecs teologs, kas aiz krāsns sēdēdams sarunājas pats ar sevi, bet tagad es redzu, ka esi gados vēl jauns un spēcīgs. Ja man būtu 25 000 bruņotu kareivju, es neticu, ka varētu tevi aizvest uz Romu, jo es visa ceļa garumā pētīju cilvēku prātus, ko tie par tevi domā, un lūk, - kur atradu vienu par pāvestu stāvam, tur trīs bija par tevi pretī</p>

<p>salvis habent. Id quod nonnulli inter eos, qui non omnino obesae naris sunt, satis olfaciunt.</p>	<p>būtu mazāks labums, nekā ja mēs paliktu dzīvi un veseli. Tas ko daži starp viņiem, ja ne pavisam ar nejutīgu degunu, pietiekoši labi saoda.</p>
<p>Interim eo anno iam redieram ad Psalterium denuo interpretandum, fretus eo, quod exercitator essem, postquam S.Pauli Epistolas ad Romanos, ad Galatas, et eam, quae est ad Ebraeos, tractassem in scholis. Miro certe ardore captus fueram cognoscendi Pauli in epistola ad Rom., sed obstiterat hactenus non frigidus cirum praecordia sanguis, sed unicum vocabulum, quod est Cap. 1: Iustitia Dei revelatur in illo. Oderam enim vocabulum istud 'Iustitia Dei', quod usu et consuetudine omnium doctorum doctus eram philosophice intelligere de iustitia (ut vocant) formali seu activa, qua Deus est iustus, et peccatores iniustosque punit.</p>	<p>Pa tam tai pat gadā atgriezoz no jauna pie psalmu interpretācijas, tagad uzticēdamies tam, ka biju vairāk ievingrinājies sv. Pāvila vēstulēs romiešiem, galatiešiem un tajā , kas adresēta ebrejiem, pēc tam kad tās biju vēlreiz caurskatījis lekcijās. Ar sevišķu dedzību es biju satverts vēlmē saprast Pāvila vēstulē romiešiem, bet mani līdz šim apstādināja ne 'asinis aukstas ap sirdi', bet viens vienīgs vārds, kas ir pirmajā nodaļā: Dieva taisnība atklājas viņā. Es patiesi ienīdu šo vārdu 'Dieva taisnība', jo biju visu doktoru mācīts par taisnību saprast filozofiski kā parasts formāli vai aktīvi, pēc kuņas Dievs ir taisns, un soda netaisnos grēciniekus.</p>
<p>Ego autem, qui me, utcunq̄ue irreprensibilis monachus vivebam, sentirem coram Deo esse peccatorem inquietissimae conscientiae, nec mea satisfactione placatum confidere possem, non amabam, imo odiebam iustum et punientem peccatores Deum, tacitaque si non blasphemia, certe ingenti murmuratione indignabar Deo, dicens: quasi vero non satis sit, miseros peccatores et aeternaliter perditos peccato originali omni genere calamitatis oppressos esse per legem decalogi, nisi Deus per evangelium dolorem dolori adderet, et etiam per evangelium nobis iustitiam et iram suam intentaret. Furebam ita saeva et perturbata conscientia, pulsabam tamen importunus eo loco Paulum, ardentissime sitiens scire, quid S.Paulus vellet.</p>	<p>Es, lai cik nevainojams mūks dzīvoju, jutu sevi Dieva priekšā kā grēcinieku ar visnemierīgāko sirdsapziņu, nedz varēju noticēt, ka viņu varētu apmierināt gandarījums caur mani. Es nemīlēju, patiesi ienīdu taisno un grēciniekus sodošo Dievu, ja arī ne ar klusējošu zaimošanu, tad gan ar milzīgu kurnēšanu dusmojos uz Dievu, sacīdams: it kā nebūtu pietiekami nožēlojamus grēciniekus un ar iedzimto grēku uz mūžu pazudinātos nospīest ar visa veida sodībām caur desmit baušļiem tiem arī caur evaņģeliju sāpēm vēl pievienot sāpes, un arī caur evaņģeliju mums draudēt ar savu taisnību un dusmām. Tā es trakoju mežonīgā un satrauktā sirdsapziņā, tomēr nelaimīgs būdams klauvēju šajā lietā pie Pāvila dedzīgi slāpdams uzzināt, ko gan sv. Pāvils grib.</p>
<p>Donec miserente Deo meditabundus dies et noctes connexionem verborum attenderem, nempe: Iustitia Dei revelatur in illo, sicut scriptum est: Iustus ex fide vivit, ibi iustitiam Dei coepi intelligere eam, qua iustus dono Dei vivit, nempe ex fide, et esse hanc sententiam, revelari per</p>	<p>Līdz kamēr Dievam apžēlojoties dienas un naktis meditējot pievērsu uzmanību vārdu savienojumam, proti: Dieva taisnība atklājas viņā, kā ir rakstīts: taisnais dzīvo no ticības. No turienes sāku saprast Dieva taisnību kā tādu, ar ko taisns no Dieva dāvanas dzīvo, proti, no ticības, un no tā</p>

<p>evangelium iustitiam Dei, scilicet passivam, qua nos Deus misericors iustificat per fidem, sicut scriptum est: Iustus ex fide vivit. Hic me prorsus renatum esse sensi, et apertis portis in ipsam paradisum intrasse. Ibi continuo alia mihi facies totius scripturae apparuit. Discurrebam deinde per scripturas, ut habebat memoria, et colligebam etiam in aliis vocabulis analogiam, ut opus Dei, id est, quod operatur in nobis Deus, virtus Dei, qua nos potentes facit, sapientia Dei, qua nos sapientes facit, fortitudo Dei, salus Dei, gloria Dei.</p>	<p>šādu nozīmi, ka caur evaņģeliju ir atklāta Dieva taisnība, kas ir pasīva, ar ko žēlsirdīgs Dievs taisno mūs ticībā, kā ir rakstīts: taisns no ticības dzīvos. Šajā vietā es sevi sajutu kā no jauna piedzimušu un pa atvērtiem vārtiem esam iegājušu pašā paradīzē. Tur pakāpeniski man atklājās cits visu rakstu veidols. Tad es izskrēju cauri visiem rakstiem, cik bija iespējams no atmiņas, un savācu arī citās vietās līdzības, kā piemēram, Dieva darbs, tas ir, ko Dievs dara mūsos, Dieva spēks, ar ko mūs dara spējīgus, Dieva gudrība, ar ko mūs dara gudrus, Dieva drosme, Dieva pestīšana, Dieva godība.</p>
<p>Iam quanto odio vocabulum ‘iustitia Dei’ oderam ante, tanto amore dulcissimum mihi vocabulum extollebam, ita mihi iste locus Pauli fuit vere porta paradisi. Postea legebam Augustinum de spiritu et litera, ubi praeter spem offendi, quod et ipse iustitiam Dei similiter interpretatur: qua nos Deus induit, dum nos iustificat. Et quamquam imperfecte hoc adhuc sit dictum, ac de imputatione non clare omnia explicet, placuit tamen iustitiam Dei doceri, qua nos iustificemur.</p>	<p>Jau ar kādu naidu biju ienīdis vārdu ‘Dieva taisnība’ agrāk, ar tādu man vissaldāko mīlestību cildināju vārdu, tā man šī Pāvila vieta tapa patiesi par paradīzes vārtiem. Pēcāk es lasīju Augustīnu par garu un burtu, kur, nemaz necerot, es uzdūros vietai / atradu, kur / ka arī viņš Dieva taisnību skaidro līdzīgi: ar kuŗu Dievs mūs iegērbj, līdz kamēr mūs taisno. Un lai cik nepilnīgi tas vēl šeit ir izteikts, un arī par pierēķināšanu / inkriminēšanu ne visu skaidri atklāj, cik labi, ka ir mācīts par Dieva taisnību, ar ko mēs tiekam taisnoti.</p>
<p>Istis cogitationibus armatior factus coepi Psalterium secundo interpretari, et processisset opus in magnum commnetarium, nisi denuo per comitia Caroli V. Imperatoris Vuormatiam sequenti anno vocatus opus coeptum deserere fuissem coactus.</p>	<p>Kļuvis bruņotāks ar šīm domām sāku skaidrot psalmus no sākuma un darbs būtu izvērties par lielu komentāru, ja vien nākamajā gadā no jauna nebūtu spiests pamest iesākto darbu, jo biju aicināts Vormā uz Imperatora Kārļa V sasaukto saietu.</p>
<p>Haec ideo narro, optime lector, ut, si lecturus es opuscula mea, memor sis, me unum fuisse (ut supra dixi) ex illis, qui (ut Augustinus de se scribit) scribendo et docendo profecerint, non ex illis, qui de nihilo repente fiunt summi, cum nihil sint, neque operati, neque tentati, neque experti, sed ad unum intuitum scripturae totum spiritum eius exhauriunt.</p>	<p>Es stāstu šīs lietas, mīļo lasītāj, lai gadījumā ja tu lasīsi manus darbeļus, atceries, ka esmu bijis, kā augstāk sacīju, viens no tiem, kas, kā raksta par sevi Augustīns, izaudzis rakstīdams un mācīdams, ne no tiem, kuŗi no nekurienes pēkšņi kļuva visaugstākie, kas nav nekas, nedz darbojušies, nedz mēģinājuši, nedz pieredzējuši, bet ar vienu ieskatīšanos rakstos, ir uzsūkuši visu to garu.</p>
<p>Hactenus ad annum MDXX et XXI</p>	<p>Es nonācu tikai līdz 1520. gadam un 21.</p>

<p>processit res indulgentiaria, post sequentur res sacramentariae et anabaptisticae, de quibus in aliis tomis, si vixero, praefandum est.</p>	<p>turpinājās / atrisinājās indulgenču lieta, pēc tam sekoja sakramentu lieta un anabaptistu lieta, par kužām, ja dzīvošu, būs jāraksta citās grāmatās.</p>
<p>Vale lector, in Domino et ora pro incrementi verbi adversus satanam, quia potens et malus est, nunc etiam furentissimus et saevissimus, sciens, quoniam breve tempus habet et regnum sui papae periclitatur. Confirmet autem Deus hoc in nobis, quod operatus est, et perficiat opus suum, quod incepit in nobis, ad gloriam suam, Amen.</p> <p style="text-align: right;">V. Martii, Anno MDXLV.</p>	<p>Lai tev labi klājas ie tā Kunga un lūdz par vārda augšanu pret sātanu, jo viņš ir varens un ļauns un tagad pietam trakojošs un mežonīgs, zinādams, ka laika tam maz un viņa pāvesta valdīšana ir apdraudēta. Bet lai Dievs to apstiprina mūsos, ko viņš ir darījis, un virza uz priekšu savu darbu, ko ir iesācis mūsos savai godībai.</p> <p style="text-align: right;">Āmen. 5.martā, 1545. gadā.</p>